



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XXXVII. Hambvrgense Et Bremense collegia in Germania.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

quarto Hildesheimensium Episcopo; qui pri-  
mas duas eius loci Abbatissas designasse & ve-  
lasse dicitur,

## CAPUT XXXVII.

HAMBVRGENSE ET BREMENSE  
*collegia in Germania.*

**S**Anscharius primus Episcopus Bremensis  
& Hamburgensis, præclarus omnium  
Aquilonarium regionum Apostolus, sedit in  
Episcopatu annis triginta quatuor; primùm  
annis septem Hamburgi, post Hamburgi à  
barbaris vastationem, annis nouem in Ram-  
sola; reliquis verò annis Bremæ: vbi in ma-  
trice Ecclesia S. Petri sepultus est, in quam S.  
VVillehadum transtulerat. In primo adoles-  
centiæ flore regulam S. Benedicti professus  
est in Francia Corbeia. Inde cùm in nouam  
Saxoniam Corbeiam commigrasset, Haraldus  
Rex Danorum à Ludouico Augusto auxiliū  
petijt. Quod ei Imperator promisit, si vellet  
fidem profiteri Christianam; fidem igitur  
Rex recepit, quem Imperator de Sacro fonte  
ieuauit, & in filium adoptauit. Dum autem  
vterque quæreret prædicatorem in Aquilo-  
narem regionem mittendum, vltrò sese An-  
scharius obtulit, nihil territus barbaricæ gentis  
cruelitate. Hac occasione paulò post, cùm  
Aquilonis regna Diuini verbi illustrasset præ-  
dicatione,

dicatione, magno Episcoporum & Principū  
habito consensu, consecratus est Archiepisco-  
pus Danorum, Suedorum, Sclatorum, & om-  
nium Aquilonarium regionum, per manus  
*Dregonis* Præfulis Metenfis, auctoritate Gre-  
gorij IV. Pape, sede Episcopali in Häburgensi  
vrbe constituta. Exinde Sanctus pater creditū  
sibi in gentes legationis officium strenuè obi-  
uit; captiuos redimendo, tribulatos refouen-  
do, domesticos erudiēdo, barbaris Euangeli-  
zando, foris Apostolus, intus monachus, nū-  
quam visus est otiosus. Frisos quoque adiens,  
castigauit eos, quòd laborarēt Dominico die,  
pertinaciū verò agentes, cælesti igne mulcta-  
uit. Quia verò diœcesis fructus necessitatibus  
Archiepiscopi & clericorū eius non suffice-  
bant, Ludouicus Imperator in supplementū  
& victum adiecit eis monasterium *Thurolt*, si-  
tum in Occidentali Gallia, quæ nunc Flan-  
dria dicitur. Ad quod monasterium, persecu-  
tione sœuiente, nonnunquam commeans, &  
fratres spirituali consolatione de dono Dei  
implebat & nihilominus temporale subsidiū  
inde reportabat. Quo eodem in loco puerum  
inuenit *Rembertum*, quem in dicto monasterio  
institui curauit; institutum, vitæ reliquæ in-  
diuiduum comitem habuit, & in pontificali  
ministerio successorem. à morte autem Impe-  
ratoris, cùm filij de ditionibus cruentè digla-  
diarentur, Dani per mare & Albiam euā-  
gantes

gantes, Hamburgum vastauerunt. Inclita ci-  
uitas tota aut incendio, aut præda perijt. Ibi  
Ecclesia, ibi claustrum, ibi Bibliotheca, sum-  
mo per S. Anscharium studio collecta, con-  
sumpta est. Sanctus autem Episcopus cum re-  
liquijs Sanctorum, vix nudus, Ramsolam per-  
uenit. Suo quoque monasterio, quod illius so-  
latio Ludouicus contulerat in Flandria, est  
destitutus, eò quod cum reliqua Gallia parti-  
tione fratrum, in ius Caroli cessisset quē po-  
stea dixere Caluum. Hinc récedentibus mini-  
stris, ob defectum necessariorum, & ob in-  
firmum in Hamburgo contra Barbaros prési-  
diū, vactāi Bremensi Ecclesiæ Ludouicus Rex  
S. Anscharium, secundū Canones præfecit. Ae-  
grè tamen eo adduci potuit, ne sui gregis de-  
fertor, & alieni haberetur inuasor. Sed paulò  
post, Regis solicitatione, Nicolaus Pontifex  
Bremensem Episcopatum Hamburgensi Me-  
tropoli copulauit, ex duabus Ecclesijs attenu-  
atis vnā efficiens an. 850: vt titulus permanet  
Hamburgensis, & interiret Bremensis. vtroq;  
autem in loco Sancti Anscharij natalis summa  
veneratione percolitur, aut (quod propter fi-  
dei oppressionem nunc dicere cogimur) coli-  
solet. Helmoldus presbyter, in Chronicis Sla-  
uorum, dicit Magistrum Adam gesta Ham-  
burgensis Ecclesiæ Pontificum disertissimo  
stile conscripsisse

CAPUT